



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

17. Feria 4. Dominicæ 1. Epiph. Quid debeamus Præsidi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

hic imperia Superiorum non esse confirma-
da quaeritis argumentis ex persona super-
ris privata ortis, sapiente, &c. minimè aut
ex re quaeritis rationibus; propterea quod
omnis obediendi difficultas oriatur ex
amore, vel odio inordinato, ut patet ex do-
re ob rem acceptā subsequente, vel impos-

Conf. 3. Posse me rationes obedi-
quaerere, desumptas ex obedientiae virtutis
insinuatas medit. 14. pun. 2.

MEDITATIO XVII.

Feria 4. Dominicae 1. Epiph.

Quid debeamus Praesidi?

Aspiciam D. IESVM dantern Super-
bus suis tria: Reverentiam, obsequium
fidem. Petam eum imitari.

Conf. 1. Debere me Superiori veneren-
tiam: quia Dominus ait sibi fieri, quod
statatur Superiori. Venerationem conciliat
virtus, aetas, res gestae: sed super omnia
in Superiore spectatur, Deus.

Conf. 2. Debere me Superiori obsequium
etiam dyscolo: quia etiam in tali est Deus
mandans, cui obedimus: obsequium enim
est facere, quod alteri placet.

Conf. 3. Debere me Superiori fidem
enim in Superiore auctoritas DEI. Sicut
sem natura coerevit visum, ne audiat, au-

tum, ne videat, sic intellectus noster coerceri debet, ne rationem Superioris, sed auctoritatem Dei attendat, propriam Superiori, non quæ est à DEO, vel quæ est imago Dei, sed ratione potestatis à Deo sibi collatæ, Deoque propriæ, qui in libertatem humanam sibi auctoritatem soli servavit, & jus tantum Superiori communicavit. Obedientia non est durabilis sine conformitate voluntatum, neq; hæc sine conformitate iudiciorum, neque hæc sine fiducia stare potest; fiduciam autem suadet divina Providentia, quæ cum facile posset impedire omnem Superioris ordinationem, dum non impedit, ob causas æquissimas id facere consentida est: cui quò amplius obedivero, Deum fideliores experiar, qui se in materia virtutis non sinit superari. Bonorum dominorum est fidelibus servis adesse, solus Deus bonus, eiq; obedientes servi fideles. Hinc sùma laus obedientiæ ab actu ejus difficiliore, videlicet intellectu subiectione, Amor proprius excæcat: amor DEI oculos humanæ rationis excæcando clarificat oculos spiritus.

MEDITATIO XVIII.

Feria 5. Domini. 1. Epiph.

Quid agendum, si erret Præses?

Aspiciam Dominum IESUM obedientem
B 3 **etiam**